Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



se profitetur, et cogitabo. ut clementi cogitatu humani generis delictu. quae sibi computauit in semetipso purgaret,

Retribuebant mala probonis. idest in flagello. et in aceto. afferenti dulcedinem aeternae uitae, detrahebant dicentes, Alios saluos fecit. se ipsum non potest, Quoniam sequebar bonitatem, implens uoluntatem patris. pro uita populi mortem suscipiens,

Intende ergo dicit in adiutorium. quia graues sunt pugne carnis, Tu intende in adiutorium meum. et esto nobis salus in tempore tribulationis, Ecce regula poenitentis impleta est. qui gratia dī se saluatum esse exultat,

Dixi hoc ē apud me in corde meo, custodiā uias. n̄ dicit acriminib; sed a sup fluis uerbis. que raro potest uitare uel abstinens, facilius enī culpa tacendo refugit quā loquendo,

tiabo. ÷ & cogitabo pro peccato meo,

Inimici autem mei uiuunt & confirmati sunt ÷ super me: & multiplicati sunt. qui oderunt me inique,

Qui retribuunt mala probonis detrahebant mihi. quoniam sequebar bonitatem,

Non derelinquas me dn̄e. ds̄ meus ne discesseris a me,

Intende in adiutorium meum. dn̄e salutis meae,

IN FINEM PRO IDITHUN CANTICUM DAUID,

Uox iusti contra inimicos utiliter tacentis & petentis uitae suae finem. si forte incarnationem dn̄i intueri possit. petentisq; sibi noxia delicta dimitti,

DIXI CUSTODIAM UIAS MEAS.

Viuent inimici eius. quia non sunt statim diuina ultione puniti, Confirmati sunt in legis littera. quā spiritualiter non intellexerunt, multiplicati sunt. In amplitudine seminis, qui oderunt xp̄m inique. certe non rationabiliter,

Non derelinquas me cum pene trauero profunda inferni, nec etiam a me discedas. quia necesse est absente rectissima uia. semper errare,

Infinem quid significet iam notum est, Idithun ebreum nomen est. quod latine dicitur. transilitor. significat eum qui mundi istius uarietates sua puritate transcendit, Canticum quoduatque psonis conuenit, Cantare enim laetantis est. interdum et dolentis. num quam uero paenitentis,